curialibuſ et honeſtiſ direxit litteraſ continenteſ hec:

Nobili et sapienti viro B. dei gratia pisane potestati amico et socio plurimum honorando et eiusdem civitatiſ honorabili consilio ~~[illegible]~~ V. eandem gratiam florentie potestaſ et eiusdem civitatiſ consilium et comune salutem et in amicitie sinceritate constantiam. Dolorosam compellimur enarrare materiam relatione gravem et auditione mirandam quod cum militeſ utriusque comuniſ eſſent in exercitu excellentiſſimi Frederici imperatoriſ super semen bonum superseminante diabolo zizaniam pervenerunt ad litem non declinanteſ ab ira cum unum dicerentur ubique et eſſent revera ut testificabantur obsequia et per famam publicam apparebat. nec recordati sunt eiuſ quod quisque sine doctore novit quod licet morsu linguam denteſ offendant nichilominuſ ambo gaudent